



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Maximilianvs Ep. M. 12. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

OCT.
ns, &
ncipes
o post
V. ca-
llivit,
rripit.

ONE.

bona
OBVM
rtum-
limina
m hic
ritz ad-
rædam
lacuē-
suis se
it, cum
translit.
es im-
utum,
m vigi-
hostiles
e illico
a Chri-
 quam
vorum
obiens
ine au-
um, si
s pug-
nantes

nantes risit, præsertim quando cum
pugnante Angeli visi pugnare; si Cy-
clopem infernum sibi infestum cruce
prostravit, & eadem cororum Stygio-
rum agmen fugavit? Quidquid & in-
sidiæ structas Reipublicæ ab orco de-
texit. Ad D. enim Antonii tumulum
cum lætantes dæmones spectasset, &
triumphum adornantes ob futuram al-
tero die inter cives cædem, medius pre-
ces suas interposuit & civibus pacem,
orco pro triumpho luctum peperit. Fuit
cum ad hortos Elysius avolans ea oculorū
spectacula habuit auriumque il-
lecebras, ut irasceretur illis, qui eum
avocarunt. Ne igitur quisquam mole-
stiam revocando faceret, morte illuc
non redditurus abiit. Ex Surio.

S. MAXIMILIANVS EP. M.
12. Octobris.

MA X I M I L I A N V M , quo civi Pan-
nonia, Austria patrono gloriatur,
parentes nobiles Celeiæ genuerunt,
lactarunt Gratia, Musæ eduxerūt. Talis
inquam MAXIMILIANVS dignus cæ-
lo visus est, quem in suas partes pertra-
heret; & vero facile ille obsecundans
meliora suadenti, hereditate suâ (quæ
opulenta ei erat) ultrò egenis cessit, di-
vititem se ratus, si centuplo amplius li-
ceret sperare. Iam honoris etiam um-
bram cum fugeret, insecura tamen hæc
OMNIA. N n 5 virtu-

562 *Vitæ Sanctorum.* 13.OCT.
virtutem, Laureaci mirâ sibi devinxit,
& in solium renuentem extulit. Hoc
deinde cùm furiæ Decianæ deturba-
sent, Româ abiit; mox tamen Xysto II.
Pont. Max. auctore rediit, & viginti ip-
sos annos munere suo cum summa
laude est functus. Sub hæc in mentem
venit, patriis etiam terris operam suam
locare. Et forte Evilasius illic Prator
Christianam pietatem opugnatū ibat.
Tanto amplius festinandum sibi ratus
illico advolavit, & suppetias laboran-
tibus in tempore tulit. Sed dum in
primâ fronte acrius pugnat, inter pri-
mos gladio cadit. Post hanc tamen
tam nobilem Hostiam propitia victo-
ria semper posteà cum Christianis fit.
Dices suum etiam Pannonia De-
ciūm obtigisse. Ex Bruschio.

S. COLMANNVS MART.
13.Octobris.

COLMANNVM Regii sanguinis ju-
venem & juventæ ayo suo facile
principem genuit & educavit Scotti,
hospitem Bojaria vidit & Alistria. Ha-
buit tamen hæc hostiliter potius quam
hospitaliter. Etenim quod genus &
virtutem, sub peregrino dissimulasse,
jussisque valere & patriâ & opibus pa-
trix, sacram Ierosolymæ urbem in vo-
tis haberet, diu jam dæmoni malo ægre
faciebat. Hic igitur contrâ ægre COL-
MANNO